

PROPRIO DE LA MISA

SAN VICENTE Y SAN ANASTASIO

Mártires

22 de Enero - Fiesta clase 3.^a - Rojo

Salmo 78.11,12,10,1

INTRET in conspectu tuo, Domine; gemitus compeditorum: redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. *Ps.* Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: postuerunt Jerusalem in pomorum custodiam. Gloria Patri.

ADESTO, Domine, supplicationibus nostris: ut, qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus, beatorum Martyrum tuorum Vincentii et Anastasii intercessione liberemur. Per Dominum.

Sabiduría 3.1-8

JUSTORUM animæ in manu Dei sunt, et non tangent illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, et æstimata est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter, exterminium; illi autem sunt in pace: et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati sunt, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos, et invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepit illos, et in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt justi et tamquam scintillæ in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dominus illorum in perpetuum.

INTROITO

Llegue, Señor, ante ti el gemido de los cautivos; haz caer siete veces en el seno de nuestros vecinos el ultraje que te han inferido; venga la sangre derramada de tus siervos. Salmo. ¡Oh Dios!, las naciones han invadido tu herencia, han profanado tu santo templo; han hecho de Jerusalén un montón de ruinas. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

Escucha, Señor, nuestras súplicas, para que, reconociéndonos culpables por nuestra maldad, nos veamos libres por la intercesión de tus santos mártires Vicente y Anastasio. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Las almas de los justos están en las manos de Dios, y no les alcanzará tormento alguno. A los ojos de los insensatos pareció que morían, y se miró su muerte como una desgracia, y como un exterminio su partida de entre nosotros; mas ellos están en paz. Y si a juicio de los hombres han sido castigados, su esperanza estaba llena de inmortalidad; atribulados un poco, recibirán grandes beneficios. Dios los ha probado y los ha hallado dignos de sí. Los ha probado como al oro en el crisol, y los ha aceptado como un holocausto en el día de su visita. Resplandecerán los justos, y correrán como chispas por el cañaveral. Mandarán a las naciones y Señorearán a los pueblos; y el Señor reinará sobre ellos perpetuamente.

Éxodo 15,11,6

GLORIOSUS Deus in Sanctis suis, mirabilis in majestate, faciens prodigia. Dexterâ tuâ, Domine, glorificata est in virtute: dexterâ tuâ confregit inimicos.

Eclesiástico 44.14

ALLELUIA, alleluia. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, et nomina eorum vivent generationem et generationem. Alleluia.

Después de la Septuagésima, en vez del aleluia, el tracto:

Salmo 125.5-6

QUI seminant in lacrimis, in gaudio metent. Euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

Lucas 21.9-19

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis praelia, et seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum. Et terræmotus magni erunt per loca, et pestilentia, et fames, terroresque de cælo, et signa magna erunt. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, et persecuentur tradentes in synagogas et custodias, trahentes ad reges et præsides propter nomen meum: continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri. Trademini autem a parentibus, et fratribus, et cognatis et amicis, et morte afficient ex vobis: et eritis odio omnibus propter nomen meum: et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

GRADUAL

Grande es Dios en sus santos, y obra prodigios en su majestad soberana. *V.* Tu diestra, Señor, ha mostrado su fortaleza ; tu diestra, Señor, ha aplastado al enemigo.

ALELUYA

Aleluia, aleluia. *V.* Los cuerpos de los santos descansan en la paz del Señor, y sus nombres viven de generación en generación. Aleluia.

TRACTO

Los que siembran con lágrimas cosecharán con alegría. *V.* Irá, es cierto, llorando el que lleva el zurrón de la similla. *V.* Mas volverá radiante de contento, trayendo sus gavillas.

EVANGELIO

En aquel tiempo : Dijo Jesús a sus discipulos: Cuando oigáis hablar de guerras y subversiones, no os alarméis; han de suceder primero estas cosas, mas no esta próximo el fin. Dijoles luego ; Se levantará pueblo contra pueblo, y reino contra reino. Habrá grandes terremotos y por varias partes pestilencias y hambres, y fenómenos terribles y grandes señales en el cielo. Pero antes de todo esto, se apoderarán de vosotros y os perseguirán, os llevarán a las sinagogas, y a las carceles ; os citarán ante los reyes y gobernadores a causa de mi nombre, y eso os dará ocasión para dar testimonio. Grabad en vuestros corazones que no debéis preparar vuestra defensa, pues yo os daré un lenguaje y una sabiduría que no podrán resistir ni rebatir vuestros adversarios. Os entregarán vuestros mismos padres, y hermanos, vuestros parientes y amigos y matarán a algunos de vosotros; y seréis aborrecidos por todos a causa de mi nombre; pero ni un cabello de vuestra cabeza perecerá. Con vuestra constancia salvaréis vuestras almas.

Salmo 67.36

MIRABILIS Deus in sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem; et fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus. Alleluia.

MUNERA tibi, Domine, nostræ devotionis offerimus: quæ et pro tuorum tibi grata sint honore justorum, et nobis salutaria, te miserante, redantur. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Sabiduría 3.4-6

ET si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos: tamquam aurum in fornace probavit eos, et quasi holocausta accepit eos.

QUÆSUMUS, omnipotens Deus: ut qui cælestia alimenta percipimus, intercedentibus beatis Martyribus tuis Vincentio et Anastasio, per hæc contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

OFERTORIO

Admirable es Dios en sus santos; el Dios de Israel da a su pueblo vigor y fortaleza ; bendito sea Dios, aleluia.

SECRETA

Te ofrecemos, Señor, estos dons en serial de servidumbre; los cuales, por el honor que con ellos rendimos a los santos, deseamos te sean gratos, y por tu misericordia nos aprovechen. Por nuestro Señor Jesucristo.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omnipotente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventurados serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

Si a juicio de los hombres han sido castigados, es que Dios los ha sometido a prueba; los ha probado como al oro en el crisol y los ha aceptado como un holocausto.

POSCOMUNIÓN

Te rogamos, ¡oh Dios omnipotente!, que los alimentos celestiales recibidos, nos sirvan, por la intercesión de tus santos mártires Vicente y Anastasio, para defensa contra todas las fuerzas del enemigo. Por nuestro Señor.